



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 15. Solimanus ob sinistrum assaltus successum in rabiem actus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Secul. XVI. nimo in medias Turcarum acies irruerit,
A.C. 1522. atque ultra sexus sui conditionem stu-
 pendæ virtute dimicaverit, donec tandem
 & ipsa perimeretur. Tanto pugnan-
 tiū ardore fuorumque cæde deterriti
 Turcæ, ab assaltu desistere compelleban-
 tur, toto pedum studio ad obsidionales
 fossas regressi: Solimanus vero, ut fu-
 gæ ignominiam honestaret, suique ex-
 ercitus honori consuleret, receptui ca-
 nere jussit, maximo suorum dispendio,
 ex quibus præter plures eosque nobi-
 lissimos Belliduces plusquam quin-
 decim millia ad ipsas murorum ruinas,
 vel ad ima urbis ceciderunt. Nec mi-
 nor erat Rhodiorum clades, spectato e-
 xiguo eorum numero; quamplurimi e-
 nim trucidati, atque ex illis, qui mor-
 tem evaserant, prope omnes vulnerati
 erant, adeo, ut pauci admodum super-
 essent, qui militari munere suo fungi
 possent.

§. XV.

*Solimanus ob sinistrum assaltus suc-
 cessum in rabiem actus.*

Jac Bosius **S**olimanus ob adversum hujus expedi-
 c. 20. **Eg seq.** tionis successum spe in rabiem versa,
Jacques de tam impotenti ira commovebatur, ut
Borbon. l. cit. parum abfuerit, quin furore ac indigna-
 tione abreptus ipsum Mustapham Soro-
 rium

rium suum hujus belli auctorem necisæcul. XVI.
addixisset. Referunt Scriptorum non- A.C. 1522.
nulli, latam in eum fuisse sententiam,
ut sagittis transfigeretur, jamque palo
ad subeundum extreum supplicium
fuisse alligatum, Pirum tamen Bassam
sententiæ executionem differri jussisse,
donec ad Sultani pedes provolutus, a-
mico suo vitæ veniam deprecaretur.
Verum Solimanus, quod ejus iusta fuis-
sent neglecta, vehementiori ira accen-
sus, quantocius Pirum ad idem sup-
plicium condemnavit, atque ambo hac
poena mulctati obiissent, nisi Solimanus
Bassarum suorum lacrimis commotus,
a furore suo remisisset, & utrique ve-
niā indulsisset, ea tamen lege, ut Mu-
stapha nunquam ejus conspectum su-
biret.

§. XVI.

*Solimanus obsidionem solvere para-
tus, sed a proditoribus con-
firmatus.*

Sultanus de capienda urbe desperans,
jamjam obsidionem solvere decreve-
rat, armaque, & suppellectilem pleri-
que convasabant, cum transfuga, Alba-
niæ miles, clam ex urbe sese subdu-
cens Solimanum moneret, quod omnes
sere Equites aut cæsi, aut vulnerati, mi-

Hist. Eccles. Tom. XXXIV. P lites